



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXVI. Unio. Unio prolium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

facit. ff. de pæn. Tiraquell. de pæn. temp. caus. l. n. 5. Anton. Gonsz. de delictis, tit. de homicidio n. 24. in fin. Carpov. p. 1. q. 18. num. 8. in criminal. Matth. Berlich. p. 4. cons. 17. num. 9. Harprecht. in §. item Lex Cornelia de sicar. num. 100. Inst. de publ. judic. Dominic. Arum. ad cap. 17. Aur. bull. th. 19. circ. fin. Pingizer. quest. 59. num. 5. Testaur. decis. 178. num. 1. & seq. Farin. part. 5. oper. crim. quest. 125. n. 99. Battandier. in pract. caus. crim. reg. 71. Petr. Plac. in Epitom. delict. lib. 1. c. 28. n. 2.

CAP. XXXVI. Unio. Unioprolum.

Axioma I.

Unio non mutat bonorum separatorum naturam. Jafon ad §. in personam. notab. 1. Inst. de action. per cap. primum §. c. contrario. de investitura de re alien. fact. Modestini. Pistor. 1. cons. 40. n. 145. maxime si voluntaria sit, nec ita fiat, ut unita res per unionem & accessionem quasi consumpta, sed per se (ut vulgo loquuntur) non amplius existens censetur, & totum quid existat, licet accessorie, ita ut per se ster & nomen retineat. Petr. Peck. ad cap. in toto. n. 6. vers. sed hactamen moderatione. & num. 7. de reg. jur. Felin. in c. translato num. 6. vers. sed adde notata & n. 7. vers. & istis adde extr. de Constit. Gædd. 3. cons. Marpurg. 33. n. 262. Rosenthal. de feud. c. 2. conclus. 24. num. 1. in gl. 6. amplians. Speidel. in speculo variar. observat. lit. A. verbo auffge tragen behu.

Res enim consolidata vel unita non censetur eodem jure, quo res cui consolidatur & unitur, sed tanquam alia & per se judicanda est, §. si cui ubi Dd. Inst. de legat. 1. l. 1. Mavius. 66. §. fundo 6. ff. de legat. 2. Jafon in l. non quocunque 92. §. fundus ff. de legat. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 19. gl. 2. n. 2. §. 36. n. 72. Wefenb. 1. cons. 1. n. 52. Hinc licet diversa provincie in unum corpus uniantur, singule tamen retinent sua jura, Perez. C. de Metropol. Beryto. n. 45.

II.

Unicum assumit naturam & privilegia alterius superioris, cui unitur, gl. in c. 1. verb. uniendo extr. ne sed. vacante & in c. temporis verb. unire. 16. q. 1. ubi ait: unionem propriam naturam perdere, dum alienam sumit, per. c. recolentes 3. in fin. extr. de stat. Monach. Bald. in c. translato n. 4. vers. & facit istud. col. fin. extr. de constit. Bart. in l. si convenerit §. si nuda n. 3. ff. de pignorat. act. Petr. de Perus. in tract. de union. Eccles. cap. 2. num. 8. vers. ultra predicta. Anchar. cons. 114. vers. secundo casu. col. 1. Felin. in c. in nostra. n. 30. vers. trigefimum tertium corollarium. extr. de rescript. Roman. cons. 275. quoad primum. n. 5. vers. secundo. col. 2. Carpz. part. 3. jurispr. for. const. 30. def. 12. unde etiam patet, si arrogetur, omnes, qui ei subfunt, transeunt in potestatem arrogantis §. illud Inst. de adopt. Bellamer. in d. c. & temporis Caccialup. in tract. de Union. col. 8. in pr. Petr. de Perus. in d. c. 2. in pr. de Union. Eccles.

Declara. hanc regulam procedere, quando ex duobus in omnibus & per omnia fit unum cor-

pus tantum. d. c. recolentes extr. de stat. Monach. ubi habetur, quod religiosa domus aggregata Cisterciensibus relicta propriis moribus regula Cisterciensium servare teneatur, Angel. in Aub. at judic. sine quoquo suffrag §. illud. in pr. & hoc in casu, quando ex duobus fit unum corpus, disponitur de unitis uniformiter. Trentacinq. var. resol. lib. 1. resol. 1. de consuetud. n. 9. Caballin. cons. 21. n. 10. vol. 2. Nolden. de statu Nobil. c. 11. num. 98. Non autem procedere, quando duæ uniuntur, ita tamen ut unum remaneat principale & alterum accessorium, & tunc licet unitum assumat privilegia illius principalis, cui accessorie unitur, non tamen perdit ea privilegia, quæ sibi competunt. Bald. in l. si Ruffin. C. de testam. milit. ibique Jafon in 2. notab. Rip. in l. 1. n. 7. vers. intellige tamen præmissa. col. 2. ff. de legat. 1. & ibi Crot. n. 4. col. 2. & Jacob. de Nigr. n. 7. vers. istud autem intelligitur. col. 3.

Limita I. ut non habeat locum, nisi in his, quæ de jure communi competunt, non vero in his, quæ competunt jure speciali, Crot. in d. l. 1. n. 5. vers. secunda sit conclusio. col. 3. ff. de legat. exempl. l. meminimus 15. C. de legat. bare. Ubi licet filiusfam. emancipatus adquiretur suo, non tamen transmittit hereditatem non aditam ad quoscunque heredes, prout transmittit suos. Dd. in l. si emancipari 9. C. de Collat. quia hoc beneficium transmittendi competit suis ex privilegio, cum jus commune disponat in contrarium juxta Crot. d. loc. per l. unic. §. in novissimo. C. de Caduc. toll.

Limita II. ut non procedat in privilegiis insolitis, vel quæ non sine difficultate concedi solent. Bart. cons. 19. quia hic agitur. n. 9. vers. item verba quæcunque col. 5. Jacob. de Nigris in d. l. 1. n. 15. vers. secundo ista conclusio. col. 5. ibidemque Jafon n. 19. vers. primo limita. col. 4.

Limita III. quando hieret non generaliter, sed in certo casu, tum enim extra illum privilegium transit. Roman. cons. 179. ampl. sine Doctor. col. 5. vers. tertio respondetur. Paril. cons. 179. Galasino n. 16. prout etiam obiectio cessat. col. pen. vol. 3. Jafon in l. qui se patris. n. 25. vers. nisi respondens. col. 24. C. und. liber. & in l. si constante. p. 29. vers. illa ergo regula. col. 5. ff. solut. matrim. Alex. cons. 207. ponderatis n. 26. col. fin. vol. 6.

Quando itaque dici solet, in his quæ unita sunt ad invicem, quod potentius trahat ad se illud, quod minus potest, & communicet illi suam propriam naturam & sua privilegia gl. in d. c. 2. in verb. uniendo. extr. ne sed. vacante. intelligendum erit, quando scil. uniuntur in unam essentiam & virtutem, ita quod duo corpora sint facta unum & idem integrale, secus si sint secundum quod unita, puta quoad obedientiam, ut de duobus monasteriis monialium illustrat Bald. Cons. 354. vol. 4. & in l. 2. in pr. C. Commun. de legat. Eo enim in casu privilegia non communicabuntur, sed qualibet res unita suam propriam naturam retinebit. Ancharan. in c. 1. sub n. 4. vers. tertio modo. extr. ne sede vacante.

III.

Unio est quædam alienatio c. 2. de reb. Eccles. non alien. Boer. decis. 345. n. 2. Welf. cons. 4. n. 24. nec uniri profanis Ecclesiastica omnimodo possunt, Wefenb. d. n. 24. Ecclesiasticis vero rebus

non

non aliter, nisi ex causa manifestæ necessitatis vel utilitatis tractatu habito, vel cum consensu capituli, ut in aliis rerum Ecclesiasticarum alienationibus. *clem. 2. de reb. Eccles. non alien. Corn. conf. 67. n. 1. 2. 3. 4. 10. col. 3.*

IV.

Unio non præsumitur nisi probetur. *Alex. conf. 70. in caus. n. 1. 2. 3. vol. 3. Boer. decis. 245. per tot. Oldrad. conf. 296. n. 3.* hæc enim est facti scilicet ex duobus facere unum & consolidare. *cap. unio 3. 10. q. 3. cap. in summa. 21. q. 1. cap. ut super 6. ubi Innocent. de reb. Eccl. non alien. ne quidem ex temporis diuturnitate. Oldrad. d. conf. 297.* quia ut tempus non est modus inducendæ obligationis, *l. obligationum 44. §. 1. vers. placet. de O. & A. l. si certis annis 28. C. de pact.* ita nec modus inducendæ unionis, *Oldrad. d. conf. n. 3.* per ea quæ not. *Hofstien. in c. quia nonnulli. de vita & honestat. Cleric. & in summa. tit. de supplend. neglig. Prælat.*

V.

Quæcunque specialiter in pactum unionis prolium non sunt deducta, in illis non obtinet successio liberorum unitorum. Quia pactum hoc est contra jus civile *l. fin. C. de pact.* ergo strictè interpretandum, nec ad consequentias trahendum *l. 14. ff. de LL.* Ita si uni ex liberis unitis aliquid aliunde obveniat quam ex hereditate parentum, non tenerentur hoc reliquis communicare.

VI.

Unio prolium valet, licet ex posteriori matrimonio liberi non extent. *Conf. Marpurg. vol. 1. conf. 8.*

VII.

Unio prolium fieri debet (1.) præsentibus con sanguineis, tutoribus & curatoribus, (2.) præcedente utrinque excussione bonorum, (3.) autoritate magistratus, hinc in libros speciales, in *Schickschaft-Bücher* est referenda. *Gail. Lib. 2. obs. 125. n. 57. Treutl. Vol. 1. Dissp. 2. th. 11. lit. R.*

VIII.

Unio est odiosa, & non debet fieri sine causæ cognitione. *Zabarell. conf. 96. num. 2. Pacian. 1. de probat. c. 27. in addit. lit. B.*

CAP. XXXVII.
Universale.

Axioma I.

Universale non inferitur affirmativè aut negativè ex pluribus particularibus. *Imol. Calder. Pa-norm. in c. genero. extr. de Elect. quos refert & sequitur Everhard. in loc. Topic. loc. à part. enumerat. n. 3. vers. nec mirum. add. Prosper. Farin. 1. conf. crim. 50. n. 42.*

II.

Universalis signi natura est, omnia includere. *l. à Procuratore 13. C. mandat. l. omnes. 3. C. sine cens. vel. reliq. c. sollicita 6. de majorit. & obed. c. 2. de observ. jejun. c. si Romanorum. distinct. 19. Cravett. conf. 294. verba transactionis. n. 1. ubi exemplificat in societate omnium bonorum, ut comprehendantur omnia, quæ excogitari possunt, & in marito, qui promissit restitutionem dotis universaliter, ut censeatur renunciassè lucro*

sibi debito ex statuto; ita etiam licet in obligationem bonorum non veniant ea, quæ quis in specie non fuisset obligaturus, *l. obligatione 6. ff. de pign. istud tamen non procedit in obligatione per verba universalis, quia tunc omnia veniunt. Dec. in l. omnia. cert. pet. c. sedes. de rescript. & conf. 389. Corn. conf. 128. lib. 3. Cravett. conf. 294. num. 8.* Quando vero universalis à generalibus differant, *vid. gl. ad l. 1. verb. non aliter in addit. de offic. ejus cui mand. jurisd.*

CAP. XXXVIII.
Universitas.

Axioma I.

Universitas fungitur jure minoris *l. Respublica. 4. l. 4. C. quib. caus. major. arg. l. legatis 8. ff. eod. l. Rempublicam. 3. C. de jure Respublic. Fachin. 1. contr. 12.* restituitur enim sicut minor, cum per administratores regatur. *Zaf. in paravit. quib. ex causis majores. num. 11. Befold. 1. polit. cap. 12. th. 67. n. 2. Trentacinq. lib. 2. tit. de restit. minor. resol. 3.*

II.

Universitas vicem personæ sustinet. *l. mortuo. 22. ff. de fidejuss. arg. l. metum 9. §. animadvertendum. 1. ff. quod met. caus. Auth. item nulla. C. de Episcop. & Cler. l. 2. §. hoc etiam. 3. C. de juram. propt. calumn. Est enim ea nomen juris & non habet animum, c. si sententia 16. §. cum vero. de sent. excom. in 6. Pacian. conf. 7. Carpzov. part. 2. confit. 36. desin. 6. num. 2. neque etiam intellectum, estque tantum persona ficta atque representata *l. 1. §. quibus. 1. l. 2. l. sicut. 7. §. fin. ff. quod cuiusque univers. nom.* qua de causa universalitatem non potest delinquere censuit Pontifex, *in c. gravem 53. de sent. excomm.* neque etiam eam posse excommunicari, retulit *in c. Romana 5. eod. tit. 6.* cum excommunicatio vivum corpus habet animam & proprium delictum requirat. *c. omnis Christianus 32. 11. q. 3.* Intellige nimirum propriè: Universitates enim quin possint delinquere, accusari ac puniri, textus sunt, quantum ad delictum commissionis & poenam, *in Auth. item quæcunque communitas. C. de Episcop. & Cleric. cap. 1. §. si quis verò. de Pace tenend. lib. 2. F. 28. Gorden. conf. 4. de jure civitat. n. 17. p. 102.* quantum verò ad peccatum omissionis, dum nimirum non faciendo, sed negligendo per Rectores suos quid facere tenentur. *l. jubemus nullam 10. C. de SS. Eccles. l. si procuratorem 8. §. si tutores. 4. ad fin. ff. mandat.* Sufficit enim quod improprie delinquere & injuriam facere possint, videlicet singuli & singulares de eorum collegio, *l. aliud 160. §. refertur. 1. ff. de R. I.* Unde licet homicidium non cadat in corpus inanimatum, sufficit tamen quod universitas illud demandare & factum ratum habere possit improprie & ut singuli. *l. sicut. 7. §. si quid 1. quod cuiusque univers. nom.* Felin. *in c. cum omnes. de Const. gl. in l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dol.* ita Imperator Henricus ad aratrum condemnavit totam Brixiam civitatem sibi rebellem: ita Papa Bonifacius*